

cum venissent, de eo qui mit. in poss. Alexand. consil. 107. 4. parte, Bertachin. in reperto. verbo, appellatio tollitur, 70 nu. 10. circa fin. & contrarietatis ratio in hoc consistit, nam cum per appellationem emissā omnimoda sit suspensa, & abdita in illa causa ab inferiori iurisdictione, & in superiorem integraliter translata, ex iuribus vulgaribus, quæ per protestationem sequentem conservantur hinc ineptum est velle, ut alius habeat iurisdictionem totalem, & alius absque ea causæ cognitionem; & 71 ideo cum appellans per protestationem insistat in appellatione, per consequensque in translatione iurisdictionis ad superiorem; cui non intelligitur renuntiatum: non auditur; in quo postulat ab inferiore carente iurisdictione, ipsi actui, & petitioni necessaria, quam ab eo ipse aliàs habet per appellationem ablatam & sic nil mirum, ut tanquam contraria petens non audiat in petitione.

72 Ex hoc enim fonte fluit, atque emanat iudicem Ecclesiasticum nullam vim facere, si nec deferat appellationi emissæ a creditore, eò quod non vult detinere cadaver debitoris mortui ad ejus petitionem, neque sepeliatur, quousque sibi satisfiat, vel solutione, vel satisfactione, seu fideiussoria cautione, quoniam iste creditor ita postulans nullo modo auditur appellans: ita probant expressè glōf. & Doctores in c. ex parte, c. 1. de sepulchris, Specula. in tit. de appellat. §. in quibus, versiculo 8. Hippol. singulari 199. Bened. in c. Raynut. verbo, mortuo itaque testatore, n. 56. de testam. Felin. in c. sicut Judæi, col. 1. de Judæis, Bertach. in tr. de Episcopo, §. videmus, n. 24. Baëça de inope debitore, c. 1. n. 20. l. 2. talique creditoris appellationi minimè deferendum esse probat Vivius l. 2. communium opin. opinio 78. Parlad.

73 l. 2. rerum quotid. c. fin. §. p. §. 4. nu. 26. probatur apud nos in l. 11. tit. 16. l. 3. ordinam. quod etiam ratione, probat. Quoniam instantanea corporis corruptio, & putrefactio rem citò perfici, & absolvi postulat; non enim patitur, dilationem, quo casu appellatio emissā non suspendit actum, nec delationem præbet sed celerem executionem requirit, text. in l. fin. ff. de appell. recip. vulgaris, quod & in substantia consideravit Speculator ubi supra citatus.

74 Bene enim verum est, ut etiam si non adsint bona, unde res alienum creditoribus exsolvatur: nullo modo cadaver sequestrandum, pignorandum, nec detinendum est, text. in l. fin. Cod. de sepulchro viola. & authent. item qui domum, eodem tit. & utrobique Doctores, etiam si debitum plusquam liquidum sit, cujus opinionis est Felin. in dict. cap. sicut Judæi, col. 1. de Judæis, Roder. Xarez in repetitione l. post rem, in §. amplia ad legem Regiam, ff. de re jud. Covarr. variarum l. 2. cap. 1. n. 10. Grammaticus dec. 82. Bened. in dict. cap. Raynut. verbo, mortuo itaque, n. 56. de testam. Castellus in l. 30. Tauri, verb. Gastos, Parl. in dict. l. 1. rerum quotid. c. fin. §. p. §. 4. n. 16. & magis de communi testatur Baëça, de inope deb. c. 1. n. 19. ubi pluribus autoritatibus, & rationibus tam divinis, quam humanis.

Hanc opinionem, ut veriore comprobatur, & ut æquiore, & certiore resolvitur, justè, meritoque abominatur, reprehendit Angel. in authent. ut defuncti, seu funera eorum, col. 1. Seguram (de quo dicit aliàs libenter iudicio labi solere in repetitione l. si ex leg. causa, num. 36. ff. de verb. obliga.) & Carvaia Regium Senato. in repetitione l. 1. col. 3. ff. de verb. obliga. Præpos. in c. prætorica, §. 1. dist. & Bertol. Belenzi. in additio. in c. ex parte de sepulchro. contrariam opinionem sectantes, & idem quod Baëça contra Angel. tenet Parla. ubi supra, cui in rationibus, & autoritatibus prædominatur, & præcellit. Quæ doctrina limitatur, & fallit in cadavera usurarii, quod à iudice Ecclesiastico sequestrari potest, 75 ne sepeliatur: donec hæres caveat de restitutione, ut ex aliis firmat Zerola in praxi Episcop. 1. p. verbo funus, versiculo 3. cadaver, &c.

Hinc pariter oritur, vim nullam esse posse in denegatione delationis appellationis interpositæ à vero contumace, cum siquidem non audiat appellans in causa, in qua contumax fuit, est in l. & post editum 73. fin. ibi, sciendum est, ex peremptorio absentem condemnatum, si appellet, non esse audiendum, ff. de iudiciis, text. etiam in l. 1. ibi, ejus qui per contumaciam absens, cum ad agendam causam vocatus esset, condemnatus est, negotio prius percurato appellatio recipi non potest. C. quorum appellat non recipi. text. etiam in l. ex consensu, §. fin. ibi, placuit, non provocare, &c. ff. de appel. Bart. Imbola, & ceteri Doctores in dict. l. consensu, §. fin. Specul. tit. de appellat. §. in quibus, n. 1. l. 2. Rota decis. 16. aliàs 364. cum iura. n. 1. de dolo. & contumac. in novi. Ripa in practic. in forma appell. à sentent. diffinit. in gloss. coram vobis, sub n. 9. versiculo queritur ultra, fol. 405. Masuer. in addit. ad cum, in addit. in verbo, in vero contumace, fol. 406. Franch. in c. Nicolao, nu. 18. de appellat. Socin. in reg. 24. de appellat. in qualibet causa fall. 6. Nicell. tract. concord. gl. concord. 6. fol. 18. n. 51. fol. 193. Curtius Senior tract. de iurejur. propter calum. dan. §. quod si actor, sub n. 12. & 13. tomo 3. p. 2. fol. 134. Decius consil. 34. n. 1. & seqq. Rebuffar. de appell. art. 7. glof. 2. n. 7. & seqq. Capiccius decisio 139. n. 2. Rota decis. 22. aliàs 137. appellatus, de appell. in votis Maran. 6. par. tit. de contumacia, 2. memb. nu. 17. vide Paz in praxi 2. p. tomo 2. cap. uni. à num. 9. cum sequentibus eundem Marantam in speculo advocat. 2. part. 6. part. princ. q. 2. tit. de appellat. n. 273. Lancelot Robert. de attentat. 3. p. cap. 28. n. 50. & 51. ea potius ratione sibi denegatur audientia, quia non comparendo videtur iudicem contemnere, ut notat in dict. l. 1. & per Robert. ibi, qui loquuntur, quando appellatæ desiderant ab ipsa sententia diffinitiva.

Et licet longè à Doctoribus disceptetur, quando quis dicitur verus contumax, ut videtur est per Bart. in l. fin. ff. de in integrum restitutione, & Bart. & Alexand. in d. l. ex consensu, §. fin. Alex. in l. properandum, §. fin. autem reus, C. de iudiciis, quantum autem attinet ad nostram materiam, ut non audiat appellans, ita potest esse, ac constitui vera conclusio, ut ille dicatur verus contumax, qui personaliter fuit citatus, potuitque in termino venire, & non venit; vel si fuit citatus ad domum, postmodumque ipsa citatio ad ejus notitiam perveniat, qui cum potuisset in termino comparere, & non comparuit; quod intelligendum est, quando legitime ad sui notitiam pervenisse constat: utputa, per scripturam citationis visam postea per eum, vel per relationem nuntii aliter atque dicendum est, si per appellationem uxoris, vel cuiusvis alterius domesticæ, nam tunc non dicitur verus contumax, ita concludit Alex. in dict. §. fin. autem reus, col. 2. & 3. sequitur Scaccia tr. causar. civi. & crim. c. 97. sub nu. 101. estque de mente Bart. in dict. §. fin. idem affirmat Marant. ubi proximè, d. tit. de appellat. nu. 274. & verus contumax etiam dicitur ille, qui curat, ne citatio ad eum possit pervenire, ut scribit Alex. in dict. l. properandum, §. fin. autem reus, n. 14. conclusio 6. de iudiciis, & ex Marant. & Tiraq. Scac. de appellat. q. 17. lim. 3. sub n. 3. & q. 12. nu. 19. ubi etiam post alios, quod citatio debet esse peremptoria, & lege Marant. ubi supra, num. seqq. ex Alex. in pluribus tenente, quod quoad hoc, ut verus contumax non audiat appellans, sufficit, ut contumax sit in sententia audienda, postquam peremptorie est citatus, licet in toto processu præsens fuisset, quem vide: tenent Paul. de Castr. in authent. principal. §. quod si actor, num. 6. & ibi Curtius Senior num. 13. inter tractatus diverso. tomo 3. p. 2. fol. 134. C. de iurejur. propter cal. Alexand. in l. properandum, §. fin. autem reus, sub num. 18. C. de iudiciis.

Hæc tamen conclusio fallit, quando procurator est verus contumax, quia tunc dominus poterit restituere

latiter appellare, ex eo, quia vera contumacia est delictum, sed ad delinquendum non præsumitur procurator habere mandatam, quia prohibitio appellationis datur pro pœna, Rebuff. tractatu de appellat. art. 7. gl. 2. n. 10. tom. 3. fol. 503. Alius Bartol. in l. 1. §. si adversus, sub num. 2. versiculo quero circa ff. quando appellandum sit, Franc. in dict. c. Nicolao, n. 18. & seqq. de appellat. Felin. in cap. 1. num. 6. versio. si procurator ut lite nos contestata, Alexand. in dict. c. fin. autem reus, n. 24. Nicell. de concord. gloss. concord. 6. fol. 18. nu. 61. & seqq. & id ita tenent Bart. Butri. Abb. Capola, & communiter omnes, ut testatur additionator ad Felin. ubi supra, Guido Papa tract. de appell. q. 87. n. 56. fol. 59.

79 Ulterius & secundò fallit hæc conclusio, ut non procedat de observantia Rotæ, secundum quam potest appellare etiam verus contumax, dummodo appellet in decem dies à die late sententiæ, testatur Rota decis. 16. aliàs 364. in fin. de dol. & contum. in novi. Felin. dict. c. 1. sub nu. 7. per quem Nicellus concord. 6. fol. 7. sub n. 58. idem Felinus in c. quoad consultationem, num. 28. de sententia & re iudic. Ferretus, consilio 216. vertitur questio, num. 3.

80 Hinc facilius intelligemus resolutionem illius questionis, quam Doctores disputant, an primo, vel secundo decreto liceat appellare, per Dinum in tractatu missionis, Bart. in l. ante sententiam, ff. de appell. recipi. Anton. & Abbatem late in c. cum ad sedem, nu. 31. per totum, de restitu. spoli. & ibi in additio. ad eum, litera B. alibi passim, & ex mente omnium, ita distinguit, quod à primo decreto tam verus contumax, quam fictus, non admittitur ad appellandum, tum quia est sententia interlocutoria, à qua nullus potest appellare de iure civili, dict. l. ante sententiam, & l. ante sententiam tempus, C. de appell. & ex ratione ita tenet Dinus jam citato loco, quem sequitur Abb. in dict. c. cum ad sedem, num. 31. qua etiam motus Paz in praxi, 2. part. tom. 2. c. unio. nu. 106. cum sequentibus, affirmat, à tali sententia non posse appellari, juxta dispositionem Concilii Trident. sessione 24. de reformatione, c. 20. prohibentis appellationem ab interlocutoriis, & idem tenet Avendan. in tit. de primo, & secundo decreto, 3. part. num. 18. cum possit quandoocumque à iudice revocari, licet missio, nonnisi citando eum, qui rem detinet, ut ex Panormit. & aliis probant Paz; & Aven. ibi, & l. 2. titulo 8. part. 3.

Deinde, & alia ratione moventur Doctores; quia hæc sententia primi decreti, nec est magni præjudicii, nec tollit, vel absorbet jus alterius, contumace enim ipso veniente post modum, & comparente infra annum, ante secundum decretum, solutis expensis, vel præstita cautione de stando juri, illa revocatur, ipseque recuperat possessionem per text. & ibi Bartol. in l. si quis, & in §. sed si quis, Cod. de prescript. 30. anno. idem Bart. in l. consentaneum, Cod. quomodo, & quando iudic. Speculator in titulo primo, & secundo decreto, §. 5. text. in c. quoniam, §. in aliis, ut lite contestata, authentica ei qui jurat, Cod. de bonis auctoritate iudic. possiden. & utrobique Doctores, ac ideo cum per comparitionem, & purgationem contumaciæ decreti sit revocatio potius videtur dependere ab ejus potestate, quam à iudicis.

81 Hæc tamen limita secundum Bartol. in dict. l. ante sententiam, quam sequitur Abb. in dict. cap. cum ad sedem, num. 21. versiculo sed tu limita, quando primum decretum absorberet, jus partis, idque non reparabile per diffinitivam, ut contingit, quando iudex adjudicat missio ex primo decreto fructus medii temporis, quod facere potest, juxta textum in l. Fulcinus, §. fin. ff. ex quibus causis in possessionem eatur, & late per eundem Abb. in dict. cap. quoniam frequenter, ut lite non contestata, qui ubi supra, in d. n. 31. alia exempla reddit.

12 Unum tamen est, quod quamvis contumaci ab hoc decreto non liceat appellare, à denegatione verò ejus parti præsentis omnimodo permissum est, ita eleganter Salgado de Provis. Reg.

animadvertit Avenda. in dict. tit. de primo, & secundo decreto, 3. part. num. 11. quem referens sequitur Gondizal. de Paz ubi supra, in d. praxi, 2. part. tom. 2. c. unio. nu. 108. quæ omnino vide, qui per totum illud caput copiosissime congestit modos, & remedia procedendi contra contumacem actorem, vel reum, & de primo, & secundo decreto in actione personali, sive reali, in spiritualibus, & beneficialibus, ubi etiam de praxi, quæ circa hoc habetur in tribunalibus Ecclesiasticis, ubi perfectè invenies hanc materiam.

83 A sententia autem super secundo decreto fictus contumax bene potest appellare, etiam de iure civili, secundum Dinum Joann. Andream, Bartol. & alios, tenet Abb. in dict. c. cum ad sedem, num. 31. versiculo, in possessione autem 2. decreti, &c. & per consequens etiam hodie de iure canonico per Concilium Trident. & ejus limitationes, & quod possit appellari, etiam docet Innocent. in c. dilecto de verborum signifi. Bald. in l. non videtur 1. ff. de iud. Romanus in suis singularibus, in verbo decretum, in versiculo, quero utrum, quod probatur, tum verò non ficto negatur audientia, & prohibetur appellatio, ut constat ex iuribus, Doctoribus jam citatis; quia in eo arguitur dolus, ut in vero, & in specie quod iste talis fictus contumax rectè possit appellare, Bald. in l. ea que, Cod. quomodo, & quando iudex Bart. in l. fin. ff. de in integr. restit. Alex. in l. properandum, §. fin. autem reus, versio. 2. conclusio, &c. Marant. ubi supra, in d. tit. de appell. n. 277. cum sequentibus, ubi in specie ponit, quis diceretur fictus contumax.

84 Tum etiam probatur, quia licet secundum decretum sit interlocutoria, ut ex additione ad Abb. ubi proximè litera B. ad medium, & Paz loco supra citat. n. 110. ad fin. versio. sententia interlocutoria, del secundo decreto, tamen ejus damnum est irreparabile, quoniam missus in possessionem ex secundo decreto, efficitur verus possessor, qua possessione mediante transfertur in eum, usufructu, seu præscribendo conditio, ut post longum decursum contra communem (quæ majus jus missio concedebat) resolvit cum aliis Paz supra, numer. 93. cum seqq.

86 Cæterum, quia hic missus facit fructus suos secundum glossam, Bartol. & cæteros communiter in l. si finita, §. Julianus, ff. de damno infecto, nam ratione veræ possessioni quam acquirit, fructus veniunt ex §. si quis a non domino, inslit. de verum divisione, Paz ubi num. 97. deinde, quia actor originarius efficitur reus, & reus originarius efficitur actor, quod est non modicæ, & magne utilitatis, ut probat text. in §. commodum, inslit. de iudicis, l. 1. qui destinavit, ff. de rei vindic. & in specie Panormitan. in dict. c. quoniam frequenter, §. in aliis, num. 4. ut lite non contest. quapropter si missus ex secundo decreto super proprietate tantum tenetur pondere, & conveniri, non autem decreto super possessione, ut expressè probatur in dict. §. in aliis, licet in aliquibus casibus non solum super possessione, sed nec etiam super proprietate, quos congestit Gondiz. de Paz ubi supra, num. 10. cum sequentibus, ideoque cum secundum decretum continere dicatur damnum irreparabile, & ficto contumaci nullo jure speciali denegatur appellatio, quid mirum, ut iure communi utatur, secundum legem communem, ff. de appellat. recipiendis, & Concilium Tridentinum, sessione 24. de reformatione, c. 20. & ea quæ latius congesti in c. 1. supra, hac 2. part. à princ.

De vero autem contumace aliud est sentiendum, enimverò is nullo modo appellat; quia absolute sibi denegatur audientia à iure: l. post editum, 73. §. fin. ff. de iudiciis, l. consensu, §. fin. ff. de appell. l. 1. C. quorum appell. non recipi. cum aliis supra, & quia si à diffinitiva sibi non admittitur, ut supra dixi, ut constat in dict. §. fin. ibi, absentem condemnatum, &c. & in l. 1. condemnatus est, juncta l. 1. ff. de re iud. ibi, quod condemnatione,



vel abfolutione contingit, &c.) & quod dicitur in rubrica de re jur. & aliis locis, quæ continet plenum juris præjudicium tam in possessione, quàm in proprietate, ergò multò magis idem firmandum est in secundo decreto, ubi non plenum præjudicium, sed tantùm respectu possessionis, & fructuum, & aliorum, quæ diximus reservato sibi jure super proprietate, ut in d. c. 1. quoniam frequenter §. in aliis, ibi, verus constituetur possessor, super proprietate dumtaxat, adversæ, parti defensione legitima reservata, &c.) & in specie quòd 87 verus contumax à sententia secundi decreti non audiat appellans; tenet ex mente aliorum Abb. Panorm. in dict. cap. cum ad sedem, num. 31. versio. etiam in quantum dixi, &c. ubi idem intelligit, & rectè in latitante, quia vero contumaci æquiparatur, idemque extendendum ad eum, qui procuravit, ne citatio perveniret, ad ejus notitiam, ut si quis latitavit, vel aliter se absentavit hac de causa, quia pariter pro vero contumace habetur, secundum Alexand. in dict. §. fin autem reus, versio. quinto quinta conclusio, &c. & per ea quæ habentur in clement. 1. ut lite pendente, & in specie firmat Marran. de ordin. jud. 6. par. titulo de appellat. n. 279.

88 Attende tandem pro hujus articuli perfectione, quòd licet iudex à quo non teneatur vero contumaci deferre, etiam si excusationem alleget, non tamen præcluditur ei via, quin possit ad superiorem confugere, & allegare causam suæ excusationis, & probare, se non esse verum contumacem, & si coram eo de vera causa excusationis doceat, iudex superior ipse revocat attentata post appellationem, non aliter, ut docet Salicet. in l. generaliter, num. 7. ad fin. Cod. de rebus creditis, & jurejurand. Videndus item in l. properandum, §. cum autem, Cod. de iudiciis, & Abb. in dict. c. cum ante fin. de rescript. spoli. Plura etiam alia circa hunc articulum, an verus contumax appellans audiatur vide latè per Gregorium Lopez in libro 9. titulo 23. parte 7. gloss. ubi dicit, hunc rigorem non servari in curia Romana, allegans ad id decisionem Rotæ 364. in novis, (quam ego in meis non inveni) reperio tamen decisionem 49. in novis titulo de appellat. quæ ad unguem approbat nostram doctrinam contrariam Gregorio, nec de adverso stylo mentionem facit, imò fortius ea procedet de jure canonico, quia magis odit, & abhorret contumaciam, inobedientiam proximam, ex juribus vulgatis, & titulis de sententia excommunicationis, & de dolo & contumacia.

90 Ex hoc capite denegatæ audientie fluit, iudicem vim non facere appellanti, eò quòd ipsum rejecit in iudicio, nec admittit agentem sine interesse, quoniam iste de nullo modo auditur, si credimus authoritati diligentissimi Tiraquelli de retract. lignag. §. primo. gloss. secunda, nu. 51. ex l. si Patroni, §. fideicommissariam, ibi, secundum quæ Angel. Alexand. ff. ad Senat. cons. Trebellian. l. sed nec legatarios, cum l. sequen. ff. de conditione furtiva, l. qui fundum ff. locati, l. fin autem, §. si homo, ff. de rei vind. l. si quis ex argentariis, §. ex hoc edicto, & ibi Alberic. ff. de edendo, l. 1. §. reus ubi notatur, ff. eodem, per quem factum erit, Bartol. in l. si unus, §. ante omnia 3. nota. ff. de pactis. Petr. Ancharan. & consil. 119. pluribus post princip. & ubique Doctores, & nil miramnam quando definit sua interesse, definit actio competere, l. procuratorem, §. mandati actio, ff. mandati, l. si servus, ff. de conditione furtiva, l. si ex conventionem, & ibi Alexand. & Philippus Decius, ff. de pactis.

91 Super hoc tamen distinguens Bartol. in l. qui autem, §. illud, ff. si quis cautio. quod maxime procedit, cum etiam excipienti sine interesse, audientia denegetur quoque, l. ille à quo §. si de testament. 1. ubi Alexand. in princip. ff. ad Trebellian. l. qui liberis, in fin. ff. de bonorum possessione secundum tabul. Angel. in l. exius versiculo quinimo, & ibi etiam Alexand. columna 2. versiculo & subdit, ff. de acquir. possessione idem Alexand. & Philippus Decius

in dict. l. excommunicatione. Decius consil. 418. visa col. 3. versiculo in quarto. Doctores ubique, quod propemodum generale est, ut nemo audiat sine interesse, ut firmat Tiraquell. proximo loco citatus, quia nemo sine actione experietur, ex juribus vulgaribus.

Et in specie, ut illius, cujus non interest, non recipiatur appellatio, probat text. in l. 1. non solent audiri appellantes, nisi ii quorum interest, ff. de appellatio. recipi. & in cap. cum inter de electione, & quòd alicui actui, vel liti se opponens non audiat sine interesse, probatur in cap. veniens, el secundo, versulo cum igitur, de testi. quod & voluere Immola, Joannes Andreas in cap. super his, in verbo, excludatur, de accusatio. Petrus Ancharanus consil. 297. efficacibus, colum. 4. versio. est ergo videndum, & Paul. Castrenf. in l. 2. col. 1. versio. alii vero casus, Cod. de edicto divi. Adrian. & Tiraquell. in d. tractatu de utraque retractu, §. 1. num. 51. ubi aliqua exempla reddit rei istius.

Pariter etiam; & ex eodem capite audientie denegatæ inferitur, ut iudex nullam violentiam committat, circa appellationem interpositam ab eo, qui conventus actione ad exhibendum, juxta tit. ff. ad exhibendum, condemnatur rem exhibere, quamque rem facultatem habeat, exhibendi, & propterea ad id cogi præcisè potest, nec appellans audiendus est, ita ex Bartol. in l. creditor, §. jussus, ff. de appellat. ubi etiam Joan. de Imola colum. fin. & Angelus, tenet & firmat Gregor. Lopex in l. 9. titulo 27. part. gloss. 6. licet aliud sit dicendum, quando condemnatur ad interesse, eò quòd rem exhibeat, nam tunc ejus interesse, scilicet, respectu, procedere possit appellatio, ut tenent Immola, & Gregor. citati jam, & probatur in dict. l. 9. de qua nos supra latius diximus, & de ejus ratione, & theorica supra, in cap. 7. ad fin. hac 2. part.

Hinc etiam fluit, ut iudex vim non faciat, si non deferat appellationi emissæ à compulsione, & præcepto ejus, ut juret de calumnia, ex his quæ diximus hac 2. part. in cap. 2. à num. 163. cum sequentibus, cum ad hoc tam actor, quàm reus omnino, & in omnibus causis juramentum præstandum teneatur, secundum juris dispositionem, & præcepta, l. 1. ibi, in omnibus causis, &c. cum omnibus legibus sequentibus. Cod. de jurejur. propter calum. dando, & ceteris titulis in ff. & decretalibus concordantibus, nequit enim appellari ab actu, quod sit secundum juris dispositionem, & præcepta, nec à iudice exequire, ut latius probavimus nuper hoc eodem capite, ex his quæ colliguntur ex Doctoribus protinus citandis.

Aliud autem determinandum est, circa appellatio-nem interpositam à sententia diffinitiva, contra contumaciter recusantem hoc juramentum præstare; nempe, contra actorem, ut actionem perdat; contra reum verò, ut pro confesso habeatur, juxta text. in l. 2. §. quod si actor, ubi Doctores, Cod. de jurejur. propter calum. dando, nam tunc audientiam non censeri denegatam appellanti hoc casu, docet gloss. in l. creditor, §. jussus, ff. de appellat. per text. ibi, quam sequitur Barr. nu. 1. eodem, defendit Salicetus in dict. §. quid si actor, versulo. quæro an ab hujusmodi sententia, &c. ex autoritate Jacobi de Aretino, quem ibi allegat, ubi notatur communiter, quod & ipse Salicet. intelligit, & bene in l. 1. nu. 2. C. quorum appellationes non recip. dummodo suam contumaciam condemnatus excuset, aliàs autem omnino censetur sibi appellanti audientia negata, quod & ipse libenter admitto.

Deinde ad hoc capirulum confert illud quod Faber tractat. in §. retinenda instituit. de interd. num. 29. & Jacobus Menoch. in tractatu de retinend. postess. remed. 3. quest. 97. num. 819. affirmantes, quod si contra quem lata est sententia, quia alium turbavit in possessione, præstitit cautionem, molestiam se amplius possessori non facturum, qui nihilominus adhuc possessorem perturbet,

perturbet, asserensque se nova ex causa possidere, atque ita venit illi possessioni incumbere, in quo nullo modo audiendum esse hoc allegare, probant Faber & Menoch. jam citati; reddentes rationem, nam sententia, quæ pro possessore turbato lata est, futuram turbationem, ad quam se refert, prohibere dicitur, possessoremque tueri, ei vim fieri vetat, atque silentium quoque perpetuum adversario imponit, cap. licet causam, de probationibus, frustratoria, & inutilis, falsaque & elusoria foret; si nova vis, aut conturbatio permitteretur: alias etiam rationes adducunt, ad idem, citantes etiam l. si quis reum, l. si à te, §. si quis fundum, ff. de exceptione rei judic. juxta suum verum sensum. Est igitur secundum eos in hoc casu conclusio dicenda, quòd iste qui succubuit, donec vivit; compescetur à molestia nec agendo, nec excipiendi audierit: ad quod etiam facit, quæ supra, de impositione perpetui silentii dixi, quod uno modo declarat Menoch. ut hæc doctrina non procedat, cum elapso multo tempore, hic hac exceptione uteretur, cujus probationem paratam, & in promptu habeat, offeratque. Quo supposito, nec prædicto casu appellationi emissæ deferre iudex cogitur, cum in totum audientia denegetur ei.

98 Ex hujus capitis principalis doctrina, idem inferre poteris ad dispositionem text. in cap. Romana 4. in ordine de appellat. ubi in negotio denegatur audientia ei, qui appellationem prosequutus non est, intra tempus, & terminum à jure præstitum ad prosequendum, ibi, & à causa causa cecidisse videtur nec amplius super eodem negotio audietur ipse appellans, &c. ubi vide Franch. & Doctores.

99 Inferri etiam pariter potest ad id, quod dicit Marant. ordine iudicio, 6. part. de laudatione, 4. membr. num. 5. folio 399. ubi per l. si res, ff. de evictionibus, & doctrina Baldi in l. 1. colum. 2. Cod. communia de legatis, scilicet, quod conventus super aliqua re, si voluerit laudare auctorem auctoris sui, ut sibi de evictione teneatur, non debeat audiri, nisi cessisset sibi actio per suum auctorem contra illum, ad quam cessionem faciendam cogi potest auctor, quia sibi non nocet, ex l. creditore, ff. de evictionibus, ut per Marant. ibi, qui bene de materia laudationis in iudicio tractat.

100 Inferri etiam potest ad legem Regiam 2. tit. 17. lib. 4. recopilat. & l. 2. titulo 15. lib. 3. ordin. ubi latissime verbo, no sea oido despues, quibus juribus probatur hodie in nostro regno partem dicere volentem de nullitate sententia post sexaginta dies, non esse audiendam, ut in dict. titulo. ibi: Y si en los sesenta dias no lo dixere, no sea oido despues sobre esta razon, &c. ut scilicet à iudice facta repulsiōe ejus non admittatur appellatio, nec supplicatio.

101 Cujus etiam est farina, ut qui terminum sibi ad aliquid faciendum præfixum labi permittit, censetur renuntiare, & non potest, nec agendo, nec excipiendi audiri, ut loquens de præfixione termini ad dicendum de nullitate, tradit Joan. Cephal. in consilio 201. n. 4. lib. 2. & consil. 202. n. 18. eodem lib. 2. Castiad. decis. 4. in attentatis de delationibus, num. 5. Veltius in praxi Romana Cur. lib. 8. cap. 4. num. 21. annotat. ad Egid. nu. 108. Lancelotus Robertus de attentat. 2. part. c. 12. limit. 19. per totam, & cap. 18. à num. 98.

102 Aliam etiam causam, quo audientia denegata videtur, perlege apud S. Congregationem Concilii Trident. super cap. 18. de reform. sessione 24. loquens de oppositoribus in his verbis inquit: Alius non descriptus petens admitti ad examen jam peractum, sed beneficii nondum facta collatione, non est audiendus, nec si non est factum examen, sed terminus tantum lapsus, non est admittendus cum descriptis. De cujus materia vide latissime per Nicolaum Garc. de beneficiis, 2. tomo, 9. part. cap. 11. num. 102. & supra, à num. 200. ubi latè folio 137. & vide Barbof. in remissio. ad dict. cap. 18.

num. 16. vide alium casum per text. in c. is cui 19. de electione, lib. 6.

Alios quatuor casus, in quibus à jure alicui denegatur audientia, refert gl. in c. in nomine Domini, in verbo audientia, 25. distinctione, & habetur in cap. ad abolendam, de hæreticis, vide etiam Speculatorem in titulo de petitor. & possessor. in §. 2. Anton. de Butrio in c. dilectus, el. 1. de rescriptis. Ludovicum Romanum in l. 1. in §. sublata, ff. ad Trebellian. alium casum vide etiam in cap. fin. de ordine cognit. ubi pariter audientia negatur, ibi, super spoliatione conventus adversus restitutionem petentem, non est (nisi super questione spoliationis) si eum reconveniat, audiendus, &c. ubi vide Doctores pro ejus explicatione.

Alia etiam plures clausulæ sunt, quibus juris dispositio, vel Princeps inter rescribendum uti solent, sub quorum verborum involucro tacitè appellatio intelligitur sublata; ut putà, si dispositio his verbis utatur; scilicet (sententia lata mittatur executioni) quia tunc quamvis non aperiat, declarat quod fiat (appellationem remota, & non obstante) nihilominus tacitè, & virtualiter subintelligitur, ist. consilio 187. incipit circa primum, sub nu. 2. ad medium versiculo similiter, lib. 2. Lancelot. Robertus de attentat. 2. part. cap. 12. limit. 53. n. 63. Ruginell. tractat. de appellat. §. 2. gloss. 2. num. 2. versiculo prim. Hieron. Gonzales in reg. de men. gloss. 9. in annotatione. sub num. 218. Scaccia de appellat. quest. 16. limit. 1. num. 18. fol. 275. Cæsar Contard. in l. uni in notab. nu. 20. C. si de mom. poss. Angui consil. 76. de tribus, num. 9. lib. 1. Gratian. discepta forens. c. 49. num. 9. dicentes, quòd appellatio censetur prohibita, quando statutum disponit, quòd sententia mandetur executioni generaliter, nempe verum est, appellationem non solum intelligi remotam verbis expressis; sed etiam tacitis & equipollentibus, tenent ipsi Doctores, & præsertim Lancel. de attentat. 2. p. c. 12. limit. 8. num. 2. in fin. & num. 3. Gonzal. ubi proxime, num. 218. in princ. & probatur dispositione text. §. fin autem, de concessione præbendæ, Episcopus hoc cum religiosorum virorum consilio exequatur, de concess. præbendæ, junctis iis, quæ in ejus comprobationem, & intellectum conduximus latè infra, 3. p. cap. 11. versiculo probat etiam text. in cap. nulla, &c. n. 39. ubi in optimo casu loquuti fuimus. Gratianus discept. forens. c. 4. num. 9.

Alia etiam clausula est præcedenti similis, quæ idem operatur, importat, putà (sententia fortiatu effectum suum) quoniam sententia effectus alius non est, quàm ipsa executio, Joseph. Ludovic. decisio Perusi. 20. Domina Martiana, num. 17. ubi quòd nostris temporibus important illa verba, appellationis amotio, quoad effectum suspensivum, non tamen quoad devolutivum; Ruginellus tractatu de appellatio. §. 9. gloss. 2. m. 4. Scaccia de appellat. questio. 16. limitat. 1. numero 29. folio 257. Cæsar Contard. in dict. l. unica, in notabilibus, ubi latissime à numero 18. 19. & 20. & sub num. 23. & 25. quem vide.

Altera etiam clausula est, qua tacitè subintelligitur sublata appellatio; putà (non possit contradicere) seu (sit remota omnis contradictio) docet Decius in cap. personas, nota 4. num. 6. de appellat. ut post Bald. Franc. & alios, tenet Lancelot. de attentatis, 2. p. cap. 12. limit. 8. num. 45. & post Castrenf. Ruginell. tractat. de appellat. §. 6. gloss. 2. nu. 14. Scaccia tract. de appellat. q. 17. limit. 1. num. 36. & seqq. Hieron. Gonzal. in regula de mem. & alternati. gl. 9. in annot. sub nu. 218. Cæsar Contard. in dict. l. unica, in notab. nu. 23. & probat text. in cap. personas, de appell. text. in dict. c. nulla, §. fin. autem, de concess. præbendæ, & nos diximus in ejus comprobationem infra, 3. part. cap. 11. versio. probat etiam text. in cap. nulla, sub num. 39.

Idem pariter operatur illa clausula sub his verbis concepta (nulla exceptione, vel oppositione, &c.) quibus